

Marco Lamanna

(SCUOLA NORMALE SUPERIORE - PISA)

Le origini (scolastiche) dell'ontologia moderna

1. Hie were nu mein rad, das sie bucher Aristoteles, Phisicorum, Metaphysice, de Anima, Ethicorum, wilchs biszher die besten gehalten, gantz wurden abthan mit allen andern, die von naturlichen dingen sich rumen.

MARTIN LUTHER, *An den christlichen Adel deutscher Nation von des christlichen Standes Besserung* (1520), in WA Bd. 6, Weimar 1888, p. 457, ll. 35-37.

2. Non damnat Lutherus eam philosophiae partem, quae mathemata, quae gemmarum, plantarum & animantium naturas descripsit: Nam horum cognitionem fatetur ad sacra necessariam esse, soletque in loco uti, quoties res postulat [...]. **Damnata autem**, si ignoras, eam philosophiae partem, quae de rerum principijs, ventorum ac pluviarum causis, prodigiosas nugas comminiscitur, adeoque quidquid id est, **quod Aristoteles vocat physica ἀκρόματα καὶ μετὰ τὰ φύσικα**.

PHILIPP MELANCHTHON, *Didymi Faventini adversus Thomam Placentinum, pro Martino Luthero theologo, oratio*, Basel 1521, f. C1^r.

3. **Damno enim μεταφυσικός θεωρίας**, quod periculi plenum arbitror, mysteria coelestia ad nostrae rationis methodos exigere .

PHILIPP MELANCHTHON, *Didymi Faventini*, f. C4^r (s.n.).

4. Philosophi de animae immortalitate disputarunt quidem sed ita frigide, ut meras fabulas egisse videantur, potissimum vero Aristoteles sic de anima disputat, ut diligenter et callide caverit ubique, ne alicubi disseret de eius immortalitate, neque voluit exprimere, quid sentiret. Plato retulit potius audita quam suam sententiam. **Neque enim potest ulla ratione humana convinci eius immortalitatis**, quia res est extra solem credere animam esse immortalem. **In mundo non videtur nec intelligatur certo animas esse immortales**.

MARTIN LUTHER, *Adnotationes in Ecclesiam* (1532), in WA Bd. 20, Weimar 1898, p. 70, ll. 26-31.

5. Quid est anima? Haec quaestio exercuit omnes eruditos omnium aetatum, & non modo dubitatur, quae res sit anima rationalis, sed etiam constitui non satis potest, quae sit natura animae in brutis. Itaque variae sunt disputationes doctorum, ut in re obscura. **Ac in caeteris philosophis laudo studium, qui conati sunt monstrare, quae res sit anima**.

PHILIPP MELANCHTHON, *Commentarius De Anima*, Wittenberg 1540, p. 3

6. Anima rationalis est spiritus intelligens, qui est altera pars substantiae hominis, nec exstinguitur cum a corpore discessit, sed immortalis est. **Haec definitio non habet physicae rationes, sed sumpta est ex Sacris literis**. Nam in Genesi dicitur: inspiravit in facie eius spiraculum vitae. Et in Evangelio: corpus possunt occidere, anima autem non possunt occidere .

PHILIPP MELANCHTHON, *Commentarius De Anima*, Wittenberg 1540, p. 19.

7. Et cum Deus tantum adhibuerit artis in fabricando humano corpore, voluit profecto tam mirum opus conspici, ut cogitarem, tam artificiose fabricatas et **distributas machinas** nequaquam casu ortas esse sed esse mentem aeternam architectatricem.

PHILIPP MELANCHTHON, *Epistola nuncupatoria*, in *Commentarius De Anima*, Wittenberg 1540, f. aiii^v (s.n.).

8. [...] **in hac doctrina, priusquam de potentiis dicemus, prodest aspicere corpus hominis, et diversa membra et organa quasi machinas considerare**. Ut enim conspecta mola seu bombarda et globo, ac pulvere tormentario, facilius ratiocinari causas possumus, ita in corpore nostro monstratis machinis, potentias facilius intelligere et indicare.

PHILIPP MELANCHTHON, *Liber de Anima*, Wittenberg 1552, p. 20.

9. Quare & Cicero considerans & originem vocabuli; & Aristotelem consilium, vertit endelechiam continuatam motionem, id est, assiduum agitationem [...]. Anima est Endelechia corporis Physici, quod dicitur ad differentiam operum artificialium, quae non agitantur sua natura, ut machinae horariae moventur, sed non natura, verum libramentis arte factis.

PHILIPP MELANCHTHON, *Liber de Anima*, Wittenberg 1552, ff. B8^r e C2^r.

10. **Necesse est esse duas scientias distinctas inter se; Unam, quae agat de transcendentibus, & universalissimis rebus: Alteram, quae de intelligentijs. Illa dicitur prima Philosophia & scientia universalis; haec vocabitur proprie Metaphysica, Theologia, Sapientia, Divina scientia**. [...] Prima conclusio sic probatur; Ens ut ens, cum suis passionibus & proximis speciebus alijsque generalibus attributis, est aliquid scibile, ergo consideratio eius & tractatio pertinet ad aliquam scientiam, sed non ad aliquam ex scientijs particularibus [...]. Secunda conclusio ita probatur: cum subiectum praedictae scientiae universalis sit indifferens ad omnes species entis particulares, sive materiales sive immateriales, **non debet scientia considerans ens universaliter sumptum descendere ad tractationem & considerationem ullarum specierum eius particularium**: nam vel descendet ad considerationem omnium specierum, & sic scientia universalis efficietur etiam particularis; immo tollentur omnes scientiae particulares, & una tantum erit scientia omnium entium: vel descendet ad species entium immaterialium, non autem rerum materialium; **at id est contra rationem**. Cum nam ens ut ens, indifferenter se habeat ad ens materiale & immateriale, & communiter de utroque dicatur, aut non debet scientia agens de ente ut ens est, descendere ad considerationem entis sive materialis

sive immaterialis, ut ita servet modum suae considerationis, aut si transgrediens modum sui subiecti & suae considerationis, descendit ad inferiora & particularia entia, nulla ratio aut causa esse potest, cur potius descendat ad considerationem rerum immaterialium quam materialium.

BENET PERERA, *De communibus omnium rerum naturalium principiis et affectionibus*, Roma 1576, l. I, c. 7, p. 14.

11. Etsi autem soleant in ea Philosophi tractare non tantum de Ente universe sumto: sed etiam de Deo & creatis mentibus, quae humana Theologia est: tamen non displicet mihi, si doctrina de mentibus separatim tractetur, & Metaphysica a prima Philosophia distinguatur, ac fiat talis distributio. / Scientia est vel Universalis vel Particularis. / Scientia universalis est, quae explicat de universalissimis, hoc est, quae sparsa sunt per omnes disciplinas. / Haec vocatur prima Philosophia. / Est itaque prima Philosophia scientia de Ente qua ens, hoc est, universaliter sumto. [...] / Particularis scientia est quae explicat de parte aliqua entis. / Ex iis una est Metaphysica seu Transnaturalis seu supranaturalis. / Metaphysica, a parte praestantiore dicta Theologia, est quae explicat de Entibus seu formis a materia secundum rem & rationem seiunctis. Alias divina scientia. / Partes eius sunt duae: Deus & Mentis.

RUDOLPH GÖCKEL, *Praefatio, in Isagoge in peripateticorum et scholasticorum primam philosophiam*, Frankfurt a.M. 1598, pp. 8-9.

12. **Haec autem triplex consideratio, non diversis, sed uni scientiae attribui debet.** Nam praedictae substantiae separatae sunt universales et primae causae essendi. Eiusdem autem scientiae est considerare causas proprias alicuius generis et genus ipsum: sicut naturalis considerat principia corporis naturalis. Unde oportet quod ad eandem scientiam pertineat considerare substantias separatas, et ens commune, quod est genus, cuius sunt praedictae substantiae communes et universales causae. [...] Secundum igitur tria praedicta, ex quibus perfectio huius scientiae attenditur, sortitur tria nomina. **Dicitur enim scientia divina sive theologia**, in quantum praedictas substantias considerat. **Metaphysica**, in quantum considerat ens et ea quae consequuntur ipsum. Haec enim transphysica inveniuntur in via resolutionis, sicut magis communia post minus communia. Dicitur autem **prima philosophia**, in quantum primas rerum causas considerat.

Ora, tale triplice analisi va assegnata non a delle scienze differenti tra loro, ma a un'unica scienza, dal momento che le sostanze separate a cui si è accennato sono le cause universali e prime dell'essere. Spetta poi alla medesima scienza analizzare le cause proprie di un determinato genere e il genere stesso: così, la scienza naturale studia i principi del corpo naturale. Per tale motivo si postula che sia compito della medesima scienza analizzare le sostanze separate e l'ente comune, che è il genere di cui le sostanze citate sono le cause comuni e universali. [...] Di conseguenza, in relazione a queste tre classificazioni di esseri che sono state evidenziate, le quali documentano la perfezione di tale scienza, essa assume tre denominazioni. Viene chiamata **scienza divina o teologia**, in quanto studia le sostanze di cui abbiamo parlato; **metafisica**, in quanto analizza l'ente e gli attributi che fanno seguito ad esso:

infatti queste entità metafisiche si scoprono nel processo analitico, come le cose più comuni dopo quelle meno comuni; infine viene chiamata **prima filosofia**, in quanto studia le prime cause delle cose.

TOMMASO D'AQUINO, *Prologo*, in *Commento alla Metafisica* (trad. it. di L. Perotto, Bologna 2004, pp. 38-41).

13. Cuiuslibet effectus cogniti naturaliter homo scire causam desiderat. Intellectus autem humanus cognoscit ens universale. Desiderat igitur naturaliter cognoscere causam eius, quae solum Deus est [...].

Conosciuto un effetto, l'uomo desidera per natura di conoscerne la causa. Ma l'intelletto umano conosce l'ente nella sua universalità. Dunque desidera per natura di conoscerne la causa, che è Dio soltanto.

TOMMASO D'AQUINO, *Summa contra Gentiles*, l. III, c. 25, 9 (trad. it. a cura di T. Centi, Torino, p. 606).

14. Igitur metaphysica transcendens erit tota prior scientia divina, et ita erunt quattuor scientiae speculativae: una transcendens, et tres speciales.

JOHANNES DUNS SCOTUS, *Quaestiones super libros Metaphysicorum Aristotelis*, Libri I-V, in *Opera philosophica*, vol. III, St. Bonaventure N.Y. 1997, q. 1, n. 155, p. 69.

15. **Possunt ergo sub generali metaphysicae unitate tres saltem scientiae specie distinctae constitui.** Una quae versetur circa ens in quantum ens, et ad summum descendat ad communes rationes substantiae et accidentis, et ad novem genera quae sub illo continentur; secunda, quae intelligentias creatas; tertia vero quae solum Deum contempletur [...].

Sotto l'unità generale della metafisica, si possono dunque stabilire almeno tre scienze di specie diversa: una è quella che si occupa dell'ente in quanto ente, e al massimo discende alle ragioni comuni di sostanza e accidente e ai nove generi contenuti sotto l'ente; la seconda è quella che considera le intelligenze create; mentre la terza è quella che considera soltanto Dio [...].

FRANCISCO SUÁREZ, *Disputationes metaphysicae* (1597), disp. I, s. 3, n. 2 (trad. it. di C. Esposito, Milano 2007, pp. 164-165).

16. **Metaphysica est una scientia specie.** – Nihilominus asserendum est cum communi sententia, metaphysicam simpliciter esse unam scientiam specie. Haec enim videtur clara mens Aristotelis in toto prooemio, seu c. 1 et 2, lib. 1 Metaphys., ubi semper de hac scientia, tanquam de una specie loquitur, eique tanquam uni et eidem attribuit nomina et attributa, quae partim illi conveniunt, secundum quod versatur circa Deum et intelligentias; sic enim vocatur theologia, seu scientia divina, et prima philosophia; partim ut versatur circa ens in quantum ens, et prima attributa, et principia ejus, quae ratione dicitur scientia universalis et metaphysica. [...] **oportet ergo ut una et eadem scientia haec omnia complectatur.** Et hoc ipsum docuit idem D. Thom. super citata

loca Aristotelis, et praecipue in prologo Metaphysicae, idemque sentiunt reliqui expositores antiqui et moderni.

La metafisica è scienza di un'unica specie. – E tuttavia bisogna sostenere, secondo la sentenza comune, che la metafisica è semplicemente scienza di un'unica specie. È questo, infatti, ciò che Aristotele sembra chiaramente intendere in tutto il *Proemio*, ossia nel I libro, capp. 1 e 2, della *Metafisica*, lì dove parla sempre di questa scienza come di una scienza unica nella sua specie, e attribuisce ad essa – come unica e medesima – i nomi e gli attributi che in parte le convengono in quanto essa si occupa di Dio e delle intelligenze, per cui è chiamata teologia o scienza divina e filosofia prima; in parte perché si occupa dell'ente in quanto ente e dei suoi primi attributi e principi, ragione per cui essa è detta scienza universale e metafisica. [...] **bisogna quindi che tutte queste cose siano comprese in una sola e medesima scienza.** Questo stesso è ciò che insegna anche San Tommaso nel suo commento ai passi citati di Aristotele, soprattutto nel Prologo alla *Metafisica*, e lo stesso pensano gli altri espositori, antichi e moderni.

FRANCISCO SUÁREZ, *Disputationes metaphysicae* (1597), disp. I, s. 3, n. 9 (trad. it. di C. Esposito, Milano 2007, pp. 172-175).

17. Metaphysica est ars contemplativa, quae tractat de omni intelligibili, quatenus ab homine naturali rationis lumine, sine ullo materiae conceptu est intelligibile. / Ejus partes sunt duae, una universalis, altera particularis. [...] Universalis pars Metaphysicae est doctrina de intelligibilibus et entibus in genere. / Eaque consistit tum in generalissimis intelligibilibus et entium distributionibus, tum in communis eorundem attributis. / Intelligibile porro dicitur omne, quod intellectu percipi ac comprehendi potest. / Estque vel nihil, vel aliquid. Nihil est simpliciter quod non est aliquid. Aliquid est simpliciter quod non est nihil. / Estque positivum vel negativum. / Positivum aliquid est, quod quid ponit seu affirmat. Estque vel essentia vel ens.

CLEMENS TIMPLER, *Metaphysicae systema methodicum*, Lich 1604, l. I, c. 1, p. 11; c. 2, p. 37.

18. [...] At Metaphysica continet in se omnia tria genera abstractionum, siquidem abstractio secundum rem & rationem a materia, reperitur in intelligentijs; abstractio secundum rationem tantum invenitur in transcendentibus & in quantitate; abstractio physica, quae est tantum a materia signata, reperitur in substantia praedicamentali, & in substantia generabili & corruptibili, de qua copiose agitur in 7. & 8. Metaphy.

BENET PERERA, *De communibus omnium rerum naturalium principiis et affectionibus*, Roma 1576, l. I, c. 8, pp. 16-17.

19.

Seiunctio & Abstractio a materia est a	{	<i>Singulari seu sensili.</i> Signata, ut hoc vel illo corpore. Abstractio <i>physica</i> haec est. <i>Cum singulari, tum universali,</i> etiam secundum rationem tantum, ut a corpore simplici aut mixto. <i>Mathematica</i> haec est & ὄντολογική, idest, Philosophiae de ente seu Transcendentibus. <i>Omni tam secundum materiam, quam secundum rationem. Transnaturalis</i> de Deo & Intelligentiis haec est. Haec seiunctio est, quam recentiores nonnulli vocant abstractionem omnimodam a Materia per essentiam.
--	---	--

RUDOLPH GÖCKEL, *Lexicon philosophicum*, Frankfurt a.M. 1613, p. 16.

20. [...] id quod deplorando suo monstrant exemplo hodie **distorti Calviniani**, unionem personalem **ex cerebrosa sua Ontologia sic describentes**, quasi ea consistat in nuda tantum, eaque ociosa personali sustentatione humanae Naturae in λόγῳ, sine ulla Naturarum & Proprietatum κοινῳνίᾳ seu communicatione.

THOMAS WEGELIN, *Disputatio theologica de Christo*, Tübingen 1608, f. B2r.

21. **Ex ea [sc. Theologia] enim frequentissime ad Metaphysicorum terminorum explicationem recurrendum esse**, norunt omnes, qui primis labris studium illius attingerunt. Memorabile est quod Boëthius narrat, cum in Nicaeno concilio omnes dicerent, duas naturas & unam personam Christi [...]. Atque notarum sit natura & conditio, solus praescribit Metaphysicus. In doctrina de Sacramentis, frequentissima est signorum mentio, quorum doctrina ex Metaphysicis petenda est. Indequae cognita, facile istae Calvinianorum ineptiae cadunt, quod Sacramenta non sint signa nuda, quia significant: Item quod ob rationem signi quae intervenit aliquo modo loquendi inter panem Eucharisticum & corpus Domini esse praesens, cum solum, opinione illorum in coelo sit. In Photianis controversiis, cum de Trinitate disputatur, frequenter argumenta fiunt ex natura causae, entis independentis & infiniti, singularis & universalis, simplicis & compositi. **At hos omnes terminos declarat Metaphysica.** Post Papatus reformationem a Luthero institutam, magnopere Ecclesia turbata fuit opinione Flacii Illyrici, qui aiebat: peccatum originale substantiam esse & non accidens. Sed lapsus in eo erat, quod non sciebat rationem accidentium. Arguebat nempe ex remotione accidentis praedicabilis, ad esse substantiale. Neque non accidens praedicamentale definiri solet, (ut ille assumebat) quod sit id quod adesse & abesse potest, &c.

CHRISTOPH SCHEIBLER, *Epistola dedicatoria in Opus metaphysicum*, Typis Nicolai Hampelii, Giessae Hessorum 1617, pp. 2r-4v, in part. pp. 2v-3v.

22. **Scientia Generalis nihil aliud est quam Scientia de Cogitabili** in universum quatenus tale est, quae non tantum complectitur Logicam hactenus receptam, sed et artem inveniendi, et Methodum seu modum disponendi, et Synthesin atque Analysin, et Didacticam, seu scientiam docendi; Gnostologiam quam vocant, Noologiam, Artem reminiscendi seu Mnemonicam, Artem characteristicam seu symbolicam, Artem Combinatoriam, Artem Argutiarum, Grammaticam philosophicam; Artem Lullianam; Cabbalam sapientum, Magiam naturalem; **forte etiam Ontologiam seu scientiam de Aliquo et Nihilo, Ente et Non ente, Re et modo rei, Substantia et Accidente.** Non multum interest quomodo Scientias partiaris, sunt enim corpus continuum quemadmodum Oceanus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ, *Sämtliche Schriften und Briefe*, Ak. Verl., Berlin 1999, Reihe VI, Bd. IV, Teil A, p. 527, ll. 18-26.

23. **Ego Metaphysicam ex Philosophia prima seu Ontologia, Cosmologia, Psychologia & Theologia naturali componere soleo.** [...] Tenendum itaque, mihi Metaphysicam potissimum vocari scientiam de Deo & mente humana rerumque

principiis, unde ista pendet; scientiae vero entis, qua ens est, Philosophiae primae nomen servari: id quod etiam ab aliis fieri solet Philosophis.

CHRISTIAN WOLFF, *Ratio praelectionum*, Halle 1735 (repr. Olms, Hildesheim-New York 1972), c. III (*De lectionibus metaphysicis*), § 2, p. 141.

24. Ontologia seu Philosophia prima est scientia entis in genere, seu quatenus ens est. [...] Quoniam Ontologia de ente in genere agit (§. 1); ea demonstrare debet, quae entibus omnibus sive absolute, sive sub data quadam conditione conveniunt.

CHRISTIAN WOLFF, *Philosophia prima sive Ontologia* (1729), Frankfurt a.M.-Leipzig 1736, §§ 1 e 8.

25. Metaphysica est scientia primorum in humana cognitione principiorum. / **Ad metaphysicam referuntur ontologia, cosmologia, psychologia, et theologia naturalis.** / Ontologia (ontosofia, metaphysica, cf. §. I. metaphysica universalis, architectonica, philosophia prima) est scientia praedicatorum entis generaliorum. / Entis praedicata generaliora sunt prima cognitionis humanae principia, ergo ontologia refertur, § 2. cum ratione ad metaphysicam. / Ontologia continet praedicata entis, § 4. I) Interna 1) universalia, quae sunt in singulis, 2) disiunctiva, quorum alterutrum est in singulis; II) relativa. / **Nihil negativum**, cf. §. 54 irrepresentabile, impossibile, repugnans, (absurdum, cf. §. 13.) contradictionem involvens, implicans, contradictorium, *est A & non-A* seu, praedicatorum, contradictorium nullum est subiectum, seu, nihil est, et non est. $O = A + \text{non } A$. *Haec propositio dicitur principium contradictionis & absolute primum.* / **Non nihil est ALIQUID: representabile, quicquid non involvit contradictionem, quicquid non est A et non-A, est POSSIBILE.**

ALEXANDER GOTTLIEB BAUMGARTEN, *Metaphysica* (1739), ed. septima, Halle-Magdeburg 1779, *Prolegomena*, §§ 1-2, 4-6; c. 1, s. 1, §§ 7-8.

26. Prima di lasciare l'analitica trascendentale dobbiamo aggiungere ancora qualcosa, che sebbene in sé non sia di particolare rilievo, può sembrare nondimeno necessario per la completezza del sistema. Il concetto supremo dal quale si è soliti iniziare una filosofia trascendentale è comunemente la divisione in possibile e impossibile. Ma, poiché ogni divisione presuppone un concetto diviso, deve esserne dato uno più alto, e questo è il concetto di un oggetto in generale (assunto problematicamente, e senza stabilire se sia qualcosa oppure nulla). Poiché le categorie sono gli unici concetti che si riferiscono ad oggetti in generale, la distinzione di un oggetto – se sia qualcosa oppure nulla – procederà secondo l'ordine e l'indicazione delle categorie.

1) Ai concetti di tutto, molti e uno si oppone quello che annulla ogni cosa, cioè *n e s s u n a c o s a*, e così l'oggetto di un concetto, al quale non è assegnabile alcuna intuizione corrispondente, è = niente, ossia è **un concetto senza oggetto, come i noumena, i quali non possono essere annoverati tra le possibilità, seppure proprio perciò non debbano essere spacciati come impossibili (*ens rationis*)** o come certe nuove forze fondamentali che sono pensate, certo, senza contraddizione, ma che vengono pensate anche senza alcun esempio tratto dall'esperienza, e dunque non devono essere annoverate tra le possibilità.

2) Realtà è *q u a l c o s a*, negazione è *n i e n t e*, cioè un concetto della mancanza di un oggetto, come l'ombra o il freddo (*nihil privativum*)

3) La semplice forma dell'intuizione, senza sostanza, non costituisce in sé alcun oggetto (in quanto fenomeno), come lo spazio puro e il tempo puro, che sono sì qualcosa come forme per intuire, ma non sono affatto esse stesse degli oggetti che vengono intuiti (*ens imaginarium*).

4) L'oggetto di un concetto che contraddice se stesso è niente, poiché il concetto è niente, è l'impossibile, come ad esempio una figura rettilinea di due lati (*nihil negativum*).

La tavola di questa suddivisione del concetto del niente (poiché la corrispondente suddivisione del qualcosa segue da sé) dovrebbe pertanto essere disposta nel modo che segue:

n i e n t e come	
1. Concetto vuoto senza oggetto, <i>ens rationis</i>	
2. Oggetto vuoto di un concetto <i>nihil privativum</i>	3. Intuizione vuota senza oggetto, <i>ens imaginarium</i>
4. Oggetto vuoto senza concetto <i>(nihil negativum)</i>	

IMMANUEL KANT, *Critica della ragion pura*, A290-B349 (trad. it. di C. Esposito, Milano 2004, pp. 520-524).

BIBLIOGRAFIA ESSENZIALE

Su Lutero, Melantone e l'interdetto contro la metafisica:

P. BÜTTGEN, *Luther et la philosophie. Études d'histoire*, Vrin, Paris 2011

S. SALATOWSKY, *De Anima. Die Rezeption der aristotelischen Psychologie im 16. und 17. Jahrhundert*, Grüner, Amsterdam-Philadelphia 2006

Sul ritorno alla metafisica come ontologia e sul dibattito tra riformati e protestanti

M. WUNDT, *Die deutsche Schulmetaphysik des 17. Jahrhunderts*, Mohr, Tübingen 1939

É. GILSON, *L'être et l'essence*, Vrin, Paris 1948 (trad. it. parziale di L. Frattini e M. Roncoroni, Massimo, Milano 1988)

J.-F. COURTINE, *Suarez et le système de la métaphysique*, Puf 1990 (trad. it. di C. Esposito e P. Porro, Vita e Pensiero, Milano 1999)

M. LAMANNA, *La nascita dell'ontologia nella metafisica di Rudolph Göckel*, Olms, Hildesheim-Zürich-New York 2013.

marco.lamanna@sns.it